

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3076

**Auteur(s) :** Richard de Vauville [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1180...

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Charte notice portant que Richard de Vauville fit à l'abbaye de St Sauveur diverses donations dans le Cotentin, entre autres, la moitié de l'église de St Pierre de Fontenay, et qu'il confirma le don fait à l'abbaye par Eudes de Sottevast de la terre de Robert Hordellon et de son frère en l'île de Jersey ; qu'il donna à la même abbaye quatre acres de terre pour quatorze quartiers de froment, dont neuf furent donnés pour compléter l'aumône de Ste Marie de la chapelle (de Bonnenuit) de Jersey, et dont cinq étaient dus à ladite abbaye. Donations faites avec le consentement de son neveu Richard fils Léon.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 207, p. 289-290.

## Dissertation critique

Datation proposée dans l'édition.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Ricardus de Vauvilla dedit abbatie Sancti Salvatoris et monachis ibidem Deo servientibus medietatem ecclesie Sancti Petri de Fontaneto pro anima sua [et] pro animabus patris et matris sue et Leonis fratris sui et omnium antecessorum suorum in perpetuam elemosinam et quatuor acras terre in eadem villa in campestribus mutationem scilicet pro elemosina quam mater sua dederat monachis in Danevilla hiis testibus Philippo Rufo, Roberto pretore, Roberto filio Willelmi, Willelmo pulchro, Roberto magno et aliis multis. Iterum idem Ricardus predictae abbatie dedit in burgo Barneville unam domum quam tenebat de eo Ranulfus Raimbout et juxta Barnevillam domum aliam et terram quam Ricardus filius Hervei tenebat de eo. Iterum sciendum est quod Ricardus de Vauvilla concessit et sigillo suo confirmavit donum quod Eudo de Sothevast dederat prefate abbatie scilicet terram Roberti Hordeillun et fratrum ejus quam predictus Eudo tenebat de eo in insula Gersoy. Iterum sciendum est quod Ricardus de Vauvilla dedit predictae abbatie medietatem molendini quem habebat in parrochia Groville, et apud Cesarisburgum unam domum quam Robertus Bolot tenebat de eo. Iterum Ricardus de Vauvilla dedit abbatie Sancti Salvatoris quatuor alias acras terre pro xiiij. quarteriis frumenti quorum novem data sunt ad perficiendam elemosinam Sancte Marie de capella Gersoy, quinque vero persolvit abbatie pro debito quodam quod ei debebat. Hec omnia dedit et confirmavit predictus Ricardus concedente Ricardo nepote

suo filio Leonis fratris sui. His testibus Roberto priore de Vauvilla, Philippo Taissun, Willelmo Hascart, Radulfo de Chingehalla, Symone de Sancte Marie ecclesia et aliis multis.